

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7268

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Alexandre de Barentin, bouteiller du roi [autre]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1175, décembre-1182, mars]

Lieu d'émission : Westminster

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation de biens accordée au bouteiller Alexandre de Barentin.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DLXXXIX, t. 2, p. 174.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 175. Souscription de Jean d'Oxford, évêque de Norwich depuis le 14 décembre 1175, et de Thomas Basset, mort au plus tard en 1183. Henri II a résidé en France depuis le 10 ou le 11 mars 1182 jusqu'au 10 juin 1184.

Texte établi d'après a

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis Francis et Anglis totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Alexandro de Barentin, pincerne meo, et heredibus suis, omnia tenementa sua quecumque rationabiliter adquisivit: Ex dono Ricardi, Pictaviensis archidiaconi, et Herberti filii sui, et ex concessione Clarembaldi electi et tocius conventus Sancti Augustini Cantuarie, terram de Medegrave cum duobus molendinis, sibi et heredibus suis tenendam, pro X. solidis per annum inde reddendis abbati et conventui Sancti Augustini Cantuarie, secundum quod in carta ejusdem Clarembaldi et conventus Sancti Augustini continetur. Ex dono conventus Ecclesie Christi Cantuarie, molendinum Duarum Rotarum de Sulifort, sibi et heredibus suis tenendum, cum omnibus pertinentiis suis, de predicta Ecclesia Christi pro duabus marcis argenti inde reddendis per annum. Ex dono Aimari abbatis et tocius conventus de Certesia, unam hidam terre in Coveham que appellatur Ettenesse, et unam gravam que vocatur Bradele, cum brueria adjacente usque ad viam, sibi et heredibus suis tenendas pro quatuor solidis et VI. denariis inde annuatim reddendis abbati et monachis de Certesia. Ex dono ejusdem abbatis et conventus de Certesia, molendinum illud quod Ailmarus Smat quondam ad firmam tenuit, sibi et heredibus suis tenendum pro dimidia marca argenti inde annuatim reddenda abbati et conventui de Certesia, et unam virgatam terre juxta molendinum illud, sibi et heredibus suis tenendam pro V. solidis per annum inde

reddendis, quam idem Ailmarus Smat tenuit. Ex dono Ricardi Pictaviensis archidiaconi, unam seldam in Dunegata in Lundonia, sibi et heredibus suis tenendam cum omnibus pertinentiis suis, quam predictus Ricardus Pictaviensis archidiaconus emit de Roberto de Ponte Archarum, et postea dedit Alexandro de Barentin. Quare volo et firmiter precipio quod Alexander de Barentin et heredes sui post eum habeant omnia supradicta tenementa cum omnibus pertinentiis suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et piscariis, in burgo, in villis et extra, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut cyrographa et carte quas inde habet testantur.

Testibus : R. Wintoniensi, G. Elyensi, J. Norwicensi episcopis, Herberto Cantuariensi archidiacono, comite Willelmo de Mandavilla, Willelmo Filio Audelini dapifero, Gilleberto Malet dapifero, Reginaldo de Curtenai, Ricardo de Canvilla, Roberto Marmion, Willelmo de Lanvalei, Willelmo Malo Vicino, Thoma Basset, Gaufrido Perticensi, Gerardo de Canvilla, Radulfo Filio Stephani camerario, et Eustachio fratre suo.

Apud Westmonasterium.